Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8381
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



occidunt. Iniquitate quippe ferire
est vitam mentis carnis delectatione
perforare. Neque vero isboeth
iste hac morte succumberet
si non ad ingressum domus mulie-
rem i. mentis aditum mollem
custodiam deputasset. Fortis
namque virilisque sensus preponi
cordis foribus debet quem nec
negligentie somnus opprimat
nec ignorantie error fallat.
Unde bene et isboech appellatus
est qui custode femina hosti-
libus gladiis nudatur. Isbo-
ech quippe vir confusionis
dicitur. Vir autem confusionis est qui
forti mentis custodia munitus
non est quia dum virtutes se agere
estimat sub intrantia vitia
nescientem necat. Tota namque
virtute munendus est aditus
mentis ne quando eam insidiantes
hostes penetrent foramine
neglecte cogitationis. In libro
Iob v. Et in capitulo xv.

De vaccis calcitrantibus inclinata arca quam cum axo levitas erigere voluisset percussus est

Cum de reprimenda sub-
ditorum contra rectores
suos reprehensionis au-
dacia tractaretur adiunctum est
de vaccis calcitrantibus inclina-
ta arca quam cum levitas eri-
gere voluisset percussus est.
Sepe quia intelligi non va-
let deterioribus displicent
vel dicta vel facta meliorum.
Sed eo ab eis non temere rep-
hendenda sunt quo apprehenden-
di neque veraciter possunt. Sepe
aliquid a maioribus dispensato-
rie agitur quod a minoribus erro-
ri putatur. Sepe multa a fortibus
dicuntur que idcirco infirmi divi-
dicant quia ignorant. Quod bene bubus
calcitrantibus inclinata arca
illa testamenti signavit quam
qui castra credens levitas
erigere voluit mox sententiam
mortis accepit. Quid est namque
mens iusti nisi arca testamenti
que gestata bubus calcitran-
tibus inclinatur quia nonnumquam
est qui bene prest dum subiectorum
populorum confusionem concutitur
ad dispensationis condescensionem
ex sola dilectione permonetur.
Sed in hoc quod dispensatorie
agitur inclinato ipsa forti-
tudinis casus putatur imperitis.
Unde et nonnulli subditi contra
hanc manum reprehensionis
mittunt sed a vita protinus ipsa
sua temeritate deficiunt. Le-
vites ergo quasi adiuvans
manum tetendit sed delinquens
vitam perdidit quia dum infirmi
quique fortium facta corripi-
unt ipsi avivientium forte
reprobantur. Aliquando est sancti viri
quedam minimis condescenden-
tes dicunt quedam vero summa
contemplantes proferunt dumque